

Ius, Messenę Creophontes, Lacedemonis Euristhenes & Procles, Argorum uero, Temenus & Cissus: litorei tractus super Aegio, Deiphontes.



LIBRI NONI.

V O D iuxta Scironidas petras gesta fuisse aiunt que historij tradū tur, ut de Pityocampe & Scirone Tyrānis quos interemit Theseus.

Quod decem & octo stadijs à Megaris distat iuxta Nisēam portus, quod nauale Megarensium est. Quod Homerus cum ait,

γῆς οὐ διώται Κίανες ἐλπεχίτωνες. Athenienses appellat Iaonas, quorum pars est etiam Megaris, quemadmodum isthmi limes in Cromyone à Theseo locatus indicat, talem inscriptionem habens: ad austrum quidem, Hec Peloponnesus est nō Ionia: ad boream, Hæc non Peloponnesus est sed Ionia. Et cum Pandionis regis quatuor filij esset, Ægeus, Lycus, Pallas, Nisus, atq; ob id Attica in partes quatuor esset diuisa, Niso Megaris sorte obuenit, Is Nisēam condidit. Quod ante Sunium Atticæ insula sit aspera & deserta, Helena dicta, de qua aiūt Homerū dixisse, *νήσῳ δὲ σὺν πραντεστερίῳ φυλότητι καὶ θύεσσι.*

Quod in Attica montes sint celebres quinq; Hymettus, Parnes, Corydallus, Brilessus, Licabettus. Quod Bœotia tria maria habeat. alluitur enim à meridi Crissæ & Myrtoo, à Gerasto usq; ad Euripum, & Malaco ab Euripo usque ad Sperchiū fluuiū.

Quod proverbiū sit, Thracū cōmentum. Thrases enim factis erga Bœotios ad certos quosdā dies inducijs, noctu incursions egerūt. Ce-

terū cū à Bœotij fuissent propulsati, conquerētibus quod inducias fregissent, responderūt, se nō, ut noctu inducias seruarent, iurasse.

Quod cum bellū inter Bœotios & Pelasgos esset, ab utrisq; legati Dodonam missi sint. Respondente aut

sacerdote, Pelasgorū oraculū inueniri nō posse, Bœotiorū aut uaticinij esse, quod oporteret eos impio facinore aliquo prosperū rerum successum querere: suspicati

sunt Bœotij uatem Pelasgis ob generis propinquitatē fuisse gratificatā. Correptā itaq; mulierē in ignem coniecerūt, animo reputantes, siue illa falsum reddidisset ora

culū, eam hoc pacto supplicio affectam, poenā luiturā esse. Sin uerū reddidisset, eos imperata hoc pacto esse executuros. Ob hoc factū oraculo ipsis postea fuit imperatū, ut Tripodē apud suos furto sublatū, ad Dodonā quotānis mitteret.

Quod Pentilus ex Bœotia Æolicā Coloniā deduxit. Quod terminus Atticę et Bœotię ad mare Euboicū sit Oropus & lacus Sacer quē Delphiniū appellat, contra Eri-

thrēam Eubœg, inter uallo Lx. stad. Deinde Deliū Tanagræorū oppidulū, distas ab Aulide stad. xxx. postea portus Profūdus appellatione, inde Aulis lapidosus

locus, mox Euripus, postea Salganeus, locus Salganei cuiusdā, uiri Bœotij qui illic est sepultus, cognomen habēs. Interemptus fuit à Persis qui sub Megabate duce militabat, tanq; malitiose classem à sinu Malaco permare duxisset inuisū & angus-

stum. At ubi intellexissent Persæ, iniuria occisum fuisse Salganea, magnifice illū se-
pultura condiderūt.

Quod Amphiarai templū in Tanagra Bœotiae sit, atq; ē Nopia Thebaica iussu oraculi in eum locū sit traducta.

Quod urbs Anthedō post Salganea extrema sit totius Bœotię, atq; ab ipsa ad Ægas usq; Eubœg urbem stad. centum uiginti sit interuallū. Item prope Aegas sunt Orobia. Ex hac autem

Anthedone Glaucus fuit, quem aiunt in Balenam mutatum fuisse.

Quod Bœotia, ob cauernas & meatus subterraneos, frequentes terræmo-
tus ciat, unde meatus alij occæcantur, alij aperiūtur, Itidem & lacus alij oriun-

E P I T O M A E

tur, alij desinunt. Quapropter Platea & Plateenses, iuxta lacum olim fuere, & ob remorum latitudinem ita sunt appellati. Item Helos à paludibus nomen habet. Nūc ab aquis hæc longius absunt. Quod Cephisus fluuius è Phocicis montibus oriatur ex urbe Lilæa, & in Copaida lacum exit. Quo loco etiam Permessus & Olmæus ex Helicone fluentes, in eundem lacum exeunt prope Aliarton urbem. Ambitus ipsius lacus, stadiorum est trecentorum octuaginta. Quod Copais lacus multa flumina excipiens exitum nullum habet, præter hiatum qui prope Cephisum, eum excipit. Quod Scolus sit pagus Prosopæ sub Citherone locus asper, à quo prouerbiū dicitur, Ad Scolon neq; ipse uades, necq; alteri comes ibis. Hoc loco Penthea disceptum fuisse aiunt. Est & in Heraclea Trichinia uicus Scolus, quem Asopus fluuius præterit. Et in Sycione alias est Asopus fluuius.

Quod Thespiae urbs sit iuxta Heliconem, ad austriū uersa, super sinu Crissę locata, & ipsa scilicet & Helicon. In propinquuo Ascra est Hesiodi patria.

Quod mons Parnasus multas speluncas sacras habet, è quibus est etiam Corycium, Nymphis sacrum, eodem nomine quo Cylicum. Quod occiduum Parnasi latus incolunt Aetoli & Ozolæ & Dorienses. Aetoli, iuxta Coram Aetoliæ montem: ad ortum uero Dorienses & Phocenses. Quod Crissæus sinus usq; ad Actium finit. Quod duæ sint insignes urbes Phocensium, Delphi & Elatea: altera ob antiquissimum oraculum Apollinis: altera uero, quod iuxta Cyphum montem Perrhebicū sit locata,

γενεύς δέ εἰν κύρφος ἔγγυη. Quod Perrhebi occiduum partem Olympi habitarint prope Macedones. Quod aliis sit Mopsus à quo Attica Mopsopia sit dicta, aliis cui Manto fuit mater Thyresię filia, à quo Mopsoestia urbs Cicilię fuit dicta.

Quod inter Sepiada & Castambiam promontoria Pelætitus desertū sit, ubi classis ipsa Xerxis ab Euro fuit deleta. Quod Campus circa Larissam, Pelasgius fuerit ante appellatus Pyrrhea uero à Pyrrha Deucalionis uxore: Aemonia ab Aemone: Thessalia à Thessalo Aemonis filio.

L I B R I D E C I M I .



V O' D Eubœa longitudinem habet stadiorum mille ducentorum à Cenæo promontorio iuxta Thermopylas, ad Geraſtū quod iuxta Sunium est. Latitudo autem ipsius maxima stadiorum est centum quinquaginta. Atticæ autem atque Bœotia & agro Locrensi medio Euripo respondet. Item Maliensibus. Cæterum ob angustam ipsius formam olim Macris fuit dicta, postea Abantis. Quæ inter Caphareū & Gerastum continentur, caua Eubœæ appellantur. Quod Orea Istiæa fuerit dicta, & Oritæ Istiæenses. Quod Dium & Axius & Cerinthus & Artemisium & Budorus fluuius, uniuersa hæc Eubœæ maritima loca sint, ad Bœotiam, & insulam Scyrum atq; Lemnum conuersa. Quod Carystus & Styra & Eretria ad Notum sint ē regione Atticæ. Quod in Carysto lapis nascitur qui nescitur & texitur. Ex telis mantilia fiunt quæ ubi sordescunt in flamas proiecta non seclus mundantur quam tela linea dum lauatur. Cæterum Gerastus masculino effetur genere. Quod circa Lelantū campū Eubœæ æris & ferri metallæ fuerunt, quæ nunc defecere, quemadmodum Athenis argenti fodinæ. Quod Eretria urbs potentissima fuerit olim, adeo ut cum pompam duceret armatorum tria milia essent, equites autem sexcenti, currus sexaginta. Imperauit insulis tum alijs, tum And